

# *Doc. 1*

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali  
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Doc. 1*

1224 giugno 5, Siracusa

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus et Sicilie rex, archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum prelati, marchionibus, comitibus, baronibus, iustitiariis, camerariis, comestabulis, baiulis, iudicibus et universis per regnum Sicilie constitutis fidelibus suis presentes litteras inspecturis gratiam suam et bonam voluntate.

1

2

Deo propitio per quem vivimus et regnamus, cui omnes actus nostros offerimus, cui omne quod agimus imputamus, in regnum nostrum desideramus multos prudentes et providos fieri per scientiarum haustum et seminarium doctrinarum, qui facti discreti per studium et per observationem iuris iusti Deo serviant, cui serviunt omnia, et nobis placeant per cultum iustitie, cuius preceptis omnes precipimus obedire. Disponimus autem apud Neapolim amenissimam civitatem doceri artes et cuiuscumque professionis vigere studia ut ieiuni et famelici doctrinarum in ipso regno inveniant unde ipsorum aviditatibus satisfiat, neque compellantur, ad investigandas scientias, peregrinas nationes expetere nec in alienis regionibus mendicare. Bonum autem

Nel 1224 Federico non poteva ancora vantare il titolo di re di Gerusalemme, che invece si trova prevalentemente nei manoscritti che trasmettono la redazione grande in cinque libri dell'epistolario di Pier della Vigna; Federico assunse quel titolo solo a partire dall'anno successivo. L'incongruità del titolo veniva fatta rilevare, implicitamente, già da Huillard-Bréholles, *Historia Diplomatica* cit., II, p. 450; e da Torraca, *Le origini* cit., p. 5.

augustus] Ierusalem add. N, V, V2, HB

hoc rei nostre publice profuturum intendimus, cum subiectorum commoda speciali quadam affectionis gratia providemus, quos, sicut convenit, eruditos pulcherrima poterit spes fovere et bona plurima promptis animis expectare; cum sterilis esse non possit accessio, quam nobilitas sequitur, cui tribunalia preparantur, sequuntur lucra divitiarum, favor et gratia comparantur. Insuper studiosos viros ad servitia nostra non sine magnis meritis et laudibus convocamus, secure illis qui discreti fuerint per instantiam studii iuris et iustitiae regimina committentes.

Hilares igitur et prompti satis ad professiones quas scholares desiderant animentur, quibus ad inhabitandum eum locum concedimus ubi rerum copia, ubi ample domus et spatiose satis et ubi mores civium sunt benigni; ubi etiam necessaria vite hominum per terras et maritimas facile transvehuntur, quibus per nos ipsos utilitates querimus, conditiones disponimus, magistros investigamus, bona promittimus et eis quos dignos viderimus donaria conferemus. Illos siquidem in conspectu parentum suorum ponimus, a multis laboribus liberamus, a longis itineribus et quasi peregrinationibus absolvimus. Illos tutos facimus ab insidiis predatorum et qui spoliabantur fortunis suis et rebus longa terrarum spatia peragrantes, scholas suas levioribus sumptibus et brevioribus cursibus a liberalitate nostra se gaudeant assecutos. De numero autem prelatorum, quos ibi duximus destinandos, mittimus magistrum R. de Benevento iudicem et magistrum B. de Ysernia fideles nostros civilis scientie professores, viros magne scientie, note virtutis et fidelis experientie, quam nostre semper exhibuerunt et exhibent maiestati: de quibus

sicut de aliquibus regni nostri fidelibus fiduciam gerimus plenior. Mittimus quoque ... et ... in tali scientia ... et ... in tali etc.

Volumus igitur et mandamus vobis omnibus qui provincias regitis, quique administrationibus aliquibus presidetis ut hec omnia passim et publice proponatis et iniungatis sub pena personarum et rerum, ut nullus scholaris legendi causa exire audeat extra regnum nec infra regnum aliquis audeat addiscere alibi vel docere, et qui de regno sunt extra regnum in scolis, sub pena predicta eorum parentibus iniungatis ut usque ad festum sancti Michelis nunc proximum revertantur. Conditiones autem quas scholaribus concedimus erunt iste: in primis quod in civitate predicta doctores et magistri erunt in qualibet facultate. Scholares autem, undecumque venerint, securi veniant morando, stando et redeundo, tam in personis quam in rebus nullam sentientes in aliquo lesionem. Hospitium quod melius in civitate fuerit scholaribus locabitur pro duarum unciarum auri annua pensione, nec ultra extimatio eius ascendet. Infra predictam autem summam et usque ad illam omnia hospitia sub extimatione duorum civium et duorum scholarium locabuntur. Mutuum fiet scholaribus ab illis qui ad hoc fuerint ordinati secundum quod eis necesse fuerit, datis libris in pignore et precario restitutis, receptis a scholaribus fideiussoribus pro eisdem. Scholaris vero qui mutuum recipiet iurabit quod de terra aliquatenus non recedet donec precaria restituet: vel mutuum ab eo fuerit exsolutum, vel alias satisfactum fuerit creditori. Predicta autem precaria a creditoribus non revocabuntur, quamdiu scholares voluerint in studio permanere. Item omnes scholares in civilibus sub eisdem doctoribus et

magistris debeant conveniri. Omnes igitur amodo, qui studere voluerint in aliqua facultate, vadant Neapolim ad studendum, et nullus sit ausus pro scholis extra regnum exire, vel infra regnum in aliis scholis addiscere vel docere: et qui sunt de regno extra regnum in scholis, usque ad festum sancti Michaelis proximum venturum, sine more dispendio revertantur. De frumento autem, vino, carnibus piscibus et aliis, que ad victum pertinent, modum nullum statuimus, cum in hiis omnibus abundet provincia, que vendentur scholaribus secundum quod venduntur civibus et etiam per contradam.

Vos igitur ad tantum et tam laudabile opus et studium invitantes, condiciones subscriptas vobis promictimus observare et personis vestris honorem conferre per nos, et precipere generaliter ut ab omnibus conferatur.

3

4

Benevento] ... B, B2, C, C2; Seneveto N; Varano *Epist.*

Su questo personaggio cfr. soprattutto G. Ferretti, *Roffredo Epifanio da Benevento*, «Studi Medievali», 3 (1908), pp. 230-287; inoltre M. Bellomo, *Intorno a Roffredo Beneventano: professore a Roma?*, in *Scuole, diritto e società nel Mezzogiorno medievale d'Italia*, cur. M. Bellomo, I, Catania 1985, pp. 135- 181. Riguardo alla sua presenza presso lo *Studium di Napoli* cfr. E.M. Meijers, *Juris interpretes saec. XIII*, Napoli 1925, pp. XIII-XIV. Bisogna, tuttavia, fare presente che per il nome di questo maestro, così come anche per quello successivo, sussiste molta discordanza nella tradizione dei testimoni: cfr. anche Huillard-Bréholles, *Historia diplomatica cit.*, II, p. 451, nota b. Le discordanze nella ricorrenza dei nomi, così come la presenza di differenti iniziali riportate da molti codici per indicare i nomi, o i puntini

5

Datum Siracusie, V Iunii, XII indictionis.

6

sospensivi che, più sotto, sostituiscono i nomi stessi, sono spiegabili col fatto che questo documento venne utilizzato come modello retorico e inserito in raccolte di dictamina.

Sul personaggio cfr. Meijers, *Juris interpretes* cit., pp. 1-75; inoltre I. Walter, *Benedetto da Isernia*, in *Dizionario Biografico degli Italiani*, 8, Roma 1966, pp. 432-433; F. Martino, *Una "ignota" lettura toscana di Benedetto d'Isernia. Nuove indagini sul manoscritto Laurenziano Plut. 6 sin. 3*, «Quaderni catanesi di studi classici e medievali», 14 (1985), pp. 433-453. Su Pietro de Hibernia, indicato da alcuni manoscritti in alternativa a Benedetto da Isernia, ma più tardo, cfr. C. Baeumker, *Petrus de Hibernia*, «Sitzungsberichte der Bayer. Akademie der Wissenschaften. Philos. - philol. und hist. Kl.», (1920/8); M. Grabmann, *Mittelalterliches Geistesleben*, München 1926, pp. 246-265; J.A. Weisheipl, *Tommaso d'Aquino* cit., pp. 22-23; Petrus de Ybernia, *Expositio et quaestiones in Aristotelis librum de longitudine et brevitae vitae*, ed. M. Dunne, Louvain-la-Neuve - Paris 1993; M. Dunne, *Peter of Ireland, the university of Naples and Thomas Aquinas' early education*, «Yearbook of the Irish Philosophical Society», (2006), pp. 84-96. Va segnalato, comunque, che nella versione della lettera fornita da Riccardo di San Germano non c'è nessun altro nome oltre a quello di Roffredo di Benevento.

Sussiste qualche incertezza sul mese di datazione della lettera. Infatti, Riccardo di San Germano nella sua versione della lettera (la sola in cui la lettera risulta datata) contenuta nella prima redazione della cronaca, riporta la data del 5 giugno; ma, a p. 113 della sua edizione curata da Garufi (in entrambe le redazioni), riassumendo gli eventi di quel

periodo, ci dice che la lettera fu inviata in luglio: le due redazioni dell'opera di Riccardo di San Germano sono state controllate anche sui manoscritti (quello che abbiamo siglato A3 contenente la prima redazione, e quello di Montecassino, Biblioteca dell'Abbazia, 507, contenente la seconda redazione). Tuttavia, nel doc. 2, Federico II concede un termine di quattro mesi per ottemperare ai propri ordini: dunque, se sussisteva una prassi che prevedeva quei termini, sembra più probabile che il mese corretto sia giugno. Per un'analisi retorico-stilistica di questo documento e sul suo autore cfr. F. Delle Donne, *La fondazione dello Studium di Napoli: note sulle circolari del 1224 e del 1234*, «Atti dell'Accademia Pontaniana», n. ser., 42 (1993), pp. 179-197.